

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reuerendi patris domini pascasii Ratperti abbatis Corbiensis ... Co[m]mentaria in Lamentationibus Jeremie prophete

Radbert <Corbie, Abt, Heiliger>

[Basileae], 1502

VD16 B 3792

[Liber tertius] Capitulum iii

[urn:nbn:de:bsz:31-309410](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309410)

trū versuz principia apud hebreos
 vt fere ab Aleph incipiūt. Aleph qđē
 vt supra dixi doctrina interpretatur.
 Reor q̄ multa doctrina eget hic sen-
 sus de quo summi auctoz gloriatur z
 quasi singularis sit q̄ videat z intelli-
 gat. Ita dicit. Ego vir vidēs paup-
 rem in eā. Ac si dicat. Ego meā video
 paup̄tatē cui sunt om̄s thesauri sapie
 z scie q̄sponte p̄ alijā suscepi quā ipsi
 miseri nō dico eā intelligere, verū nec
 suā om̄i genere miseriarū cōvulsam
 volunt amaduere vel cognoscere.
 ¶ Interea z scōz oim̄ vox ista eē p̄
 q̄ntū in corpore xpi sunt vniti. z q̄ntū
 imitari eandē fuerint paup̄tatē quan-
 tū cumq; in virū p̄fectū fide atq; operi-
 bus collecti. Vñ seq̄tur. In virga in-
 dignationis ei⁹. Aliā quidē esse puto
 virgā furoris dei. Aliā virgā directio-
 nis z virgā regni ei⁹. Aliam rō indi-
 gnationis. Qm̄ aliā ē ferrea inreflexi-
 bilis qua cont̄runt impij tanq; vasa
 testea i ira furoris dei. Aliā qua in eq̄-
 tate sc̄ti regunt donec pueniāt ad bra-
 uium sup̄ne vocatōis. Aliā illā de q̄
 ad hierlm̄ dñs. In indignatōne inq̄t
 mea percussisti te. z in recōciliatōne mea
 misertus sum tui. Sub hac em̄ r̄ga
 ad hoc patit deus vt misereatur ad
 hoc vulnerat vt sanet. De qua z xp̄us
 vulneratus est nō q̄ in eo aliqua in-
 dignatōnis essent. sed p̄pter scelus po-
 puli mei inq̄t percussisti eū virū dolorū et
 scientē infirmitatē. Hoc est qđ dicit.
 Ego vir vidēs paup̄tatē meā in virga
 indignatōis eius. Quia ob indigna-
 tionem scelerū nr̄oz paup̄tatē passio-
 nis sustinuit vt liore ei⁹ omnes sane-
 mur. Cui⁹ sane paup̄tatis mysteriuz.
 Nescio sanctoz sit q̄ videat ad plenū
 quanta bonitas dei quāta dilectio su-
 per filios tre quātaq; miscōia in filios

recōciliatōnis se infunderit. Et ideo
 quasi solius vox ē eius cū dicit. Ego
 vir vidēs paup̄tatē meā. Videt em̄
 suā in se mirā z ineffabilē. Videt mē-
 broz suoz paup̄tatē. quā z ipsi com-
 plectunt spe gaudentes facti imitato-
 res ipsi⁹ scientes qđ patientia paup̄z
 nō peribit in fine. Vñ recte vna vox ē
 capitis ac corporis. Ego vir vidēs
 paup̄tatē meā in virga indignatōnis
 eius. Quia castigat deus omnē filiū
 quē recipit z flagellat ad vñ qđ eru-
 dit. Non pleni⁹ ē hoc loco. i. p̄sum-
 ptio rerū securarū q̄ in p̄ncipio ha-
 tus lamētationis sic vis dicit quasi
 fuerit. p̄sumit. cui⁹ vita sustinere de-
 buerit. Quia oib; mēbris voruz esse
 nō ambigit q̄ p̄ filiū passionis virga
 percussit. Vñ nec mirū si z ipsa mem-
 bra eius eadē p̄cutunt virga indigna-
 tionis ad correctōne p̄petue saniti-
 tis. vt sit oim̄ vox vna in hac valle la-
 cry marū gemit⁹ z ploratus. Hinc
 quoq; sequitur.

AL E I N T. iii.

Eminauit z addu-
 xit in tenebras et
 non in lucem.

Quādo voluit eū cōterere in infirmi-
 tate iuxta esaiā. p̄betā. quia repurat⁹
 est q̄si leprosus et percussus a deo atq;
 humiliatus. Tunc vñq; quasi addu-
 ctus est in tenebras z nō in lucem z te-
 nebre eū nō cōprehendere. Quia autem
 ait quia me minauit nō solū ad eum
 respicit quē terrorib; seculi z passio-
 nis p̄ tradidit. verū z ad omnē eccle-
 siam quā sibi minis subiecit z terrori-
 bus z adduxit nō in lucē but⁹ vite pro-
 speritatis. sed in tenebras angustiaz

pressuram afflictionis. **L**ut itaq; vox
est me minavit q̄ multis eā disciplis
erudit atq; puebit. Verū tamen imp̄
sentiarū in tenebras et nō in lucē qm̄
magis eam ad luctū et mestitiā q̄ ad
leticiā et gaudiū vocavit. Hic est qd̄
sequitur.

ALEX

t. Antū in me ver-
tit et cōuertit ma-
num suam tota die:

Que nimirū vox eorū ad caput et ad
membra refert; qm̄ q̄ volunt pie viue
re in xpo om̄s p̄secutionē patiuntur.
Et iō totius corporis vox est tantū
in me verit et uertit manū suā. Quia
quos disciplina dei cōuertit; libera
abire permittit et vnumquēq; ingredi
vias suas. Ecclesiaz quā iudeis aut
de gentib; vocavit multos disciplina
rū affligit angorib; et erudit. Hinc ē
qd̄ ait. Tantiū in me uertit et cōuertit
manū suā. Uertit qd̄ ad castigā-
dum eccliam manū suā; q; flagellat
et corrigit omnē filiū quē recipit et cō-
uertit clementer vt miserat ei⁹ quā
paterno affectu coangustat mule; tri-
butōnū p̄surtis. Conuertere nanq;
de vtroq; accipit qm̄ manū ad feriendū
extendit vel qm̄ ad defensionē vel re-
munerationē clementer ammittit. Uer-
tit em̄ deus manū suā tota die tantū
vt supra membra ei⁹ q̄ colligunt in vi-
rum p̄fectū et mensurā plenitudinis
xpi. vt ea exerceat emēdet et corrigit
in p̄sentiarū dum viuūt. Et cōuertit
parcendo; auxiliando; in futuro mise-
reat. **E**t ceterū hi nullo dei tangunt
verberē quib; nō est respectus mortis
eorū. In labore hoim nō sunt et cū ho-

minib; nō flagellabunt. Ideo tenuit
eos subbia opti sunt iniquitate et im-
p̄tate sua. seu cetera que sequuntur.
Qd̄ bene de templo salomonis dicit
cū edificaret; nō est audit⁹ in eo malle-
us et securis. Quia om̄ia sic parata s̄
exterius et cōpaginata suis p̄cussioni-
bus vt singula dolata suis bene co-
aparent iunctura locis. Et hoc ē di-
cere uertit manū suā om̄ia limando;
cedendo; ac feriendo. sic p̄ducere vt
possint in structura cōuenire. Et con-
uertit ab his cessando cū iustificatos
suis instaurat locis; et op̄at mansiō-
bus a se lo p̄paratis. Quorū itaq; san-
ctorū structura vna est. vna et cōpago
membroꝝ; vna vox; vn⁹ ploꝝ; ar. et iō
xpi et ecclie sic coaprat corpus; vñ⁹
sit integer xps. **H**orat⁹ autē spirit⁹
q̄ est in homine solus scit q̄ sunt hois
Et iō quom̄s diuino tangit spiritu
paupertatē suā intelligens; mor fieri/
bis affectus gemit dicens.

Ego vir vidēs paup-
tatem meā in virga in-
dignationis eius

Quia cum dei verberatis flagelloꝝ
afficiat in luctu; subito nihil in se re-
mansisse virū cognoscit. Dum nulla
est virtutis operatio de q̄ videat p̄s-
umere. Nemo igit̄ scōꝝ bñ glia se
castū cor habere. Ideo humiliter cum
fletibus confitetur. **E**go vir videns
paupertatem meā. Quia de se in nul-
lo presumit maxime cum virga indi-
gnationis dei intrinsecus ad corre-
ctionem castigat. Unde ait. **D**e mi-
nauit et adduxit in tenebras et non
in lucem. Profecto quia om̄is ant̄
ma cum recordat̄ minarū dei et terro-
res discit iudiciorum eius suāq; an-

te oculos facta quasi inerte hora ponit se non nisi meroribus infecta in tenebras versari videt. Et hoc est dicere quotiens intus suorum discit paupertatem meritoꝝ in virga indignationis dei me minauit et adduxit tenebras; quia nihil de se nisi infirma sentit. Et dum ea considerat et reuoluit se adducta ut se conspiceret quasi in tenebras et non in lucem plangit. **Ta?** lis quippe anima cum virga discussiois dei et omnia minarum eius eloquia intus pretemplat; et intendit suam malefacta ut dauid coram se semper replicans quid aliud se nisi adducta in tenebras et non in lucem recte creditur. Ad hoc quippe se adducta in tenebras ut semper pendat. Nouit ne dum male de se mens clara presumit; humilitatem quam custodit omnium virtutum amittat et supbiendo incedat in iudicium diaboli. Et ideo quia beati pauperes spiritu predicant; bene spiritus hominis qui nouit ea que sunt in homine paupertatem suam semper videns contremiscit dum se adducit versari sub virga indignationis dei non ambigit. Quibus profecto plagis correctionis anima quasi minata se et adducta ut ad se rediret iure intelligit. Et hec est doctrina que per Aleph intus in anima operatur ut semper in se versetur se suamque reterens luceat donec inlustret eam oriens ex alto qui venit inluminare. His qui se dent in tenebris et in umbra mortis. Hincque sequitur.

**Tantum me vertit et
conuertit manum suam
tota die**

Materno quidem affectu deus aliquando animam exponit temptatio

nibus et abicit. Aliquando de se plorantem ac dolentem intus in sinum retrahit et lac doctrine in corde suggerit suamque consolationis verba inspirat et sempiterna promittit. Et hoc est dicere in me vertit et conuertit manum suam tota die. Dum eam omnitemporale presentis vite nunc mens et temporibus nunc temptationibus et periculis; etiam delictorum afficit spiritus nunc homo in spiratione diuina et remedijs ad se inuitans beneficijs exhortatur innumeris. Quatinus in nullo insolens in nullo frangatur discipulus; sed subiecta in omnibus quicquid acciderit ad laudem et gloriam nominis dei conuersa referat.

**Vetustam inquit fecit
pellem meam et carnem
meam et contriuit
ossa mea**

Deccanque vox plangentis licet capitis esse videatur ecclesie potest agere. Non quod christus vetustate ut iam supra dixi affectus sit peccatis; sed quia sunt infra eius corpus quorum vita acerbiter inueterata corrumpitur. Pro quibus gemit recte caput nostrum, genuit et omnia eius electionis membra, quia multos vident infra ecclesiam delictorum vetustate consumptos. Unde dauid plorans quasi vna de sacris pellibus Inueteraui inquit inter omnes inimicos meos. Habet igitur vir iste videns paupertatem suam pelle et carne vetustam, habet et pelles autem rubricatas ad operiendum tabernaculum suum, habet et iacancinas ad decorem et laudem nominis sui. Sed in istis pauperibus que vetustate afficiunt, in illis vero diues que ad deo

rem nominis eius sanguine pprio ru-
bricantur: aut celi coloribus comparā-
tur. Porro pelles arietum rubricate.
corpora sunt sanctorum martyrio dedi-
cata. de quibus canit. Afferte domino
filij dei. afferte domino filios arietū.
Hyacinthina fo sunt eorum quos virgi-
nitas ad celi spectem puerit. qz tales
neq; nubent neq; nubent: euangelio
teste: sed sunt sicut angeli in celo. vñd
z in tabernaculo primitores celo sūt
Ptereca z ecclesia loquens de se in
canticis. Nigra sū inq; z fo: mosa. filie
iherusalē sicut tabernacula cedat sicut
pellis salomonis. Non em̄ de illo sa-
lemone sed de xpo recte accipiendum
cui pelles sunt omnes sancti: qui se
mortificauerunt crucifigendo cum xpo
crucem suā ad instar pellū mortuo-
rum. Sub quibus tegunt vt alia totū
corporis membra quatinus possint
in se xpi portare similitudinē passio-
nis. In cuius nimirū psona introducū
salomon qui pacificus interpretatur
Cui quicumq; pellis esse meruerit p
culdubio continebit in recessibus ania-
vri infra sanctas sanctorum diuina sum-
mi regis mysteria. Est autē ecclesia vt ta-
bernacula cedat qui tenebrosus me-
ror interpretat quando eos: q; de te-
nebris eorum couertunt sue consolatio-
nis doctrina merentes sub alis suis
suscipit penitentes. Est vt z pelles sa-
lomonis quando intra se orthodoxos
continet viros: z omnia illa que in ta-
bernaculo figurant. Sed quia vari-
us pellis effectus: in alijs qdem pul-
chritudo laudat: in alijs pfunditas
mysterioꝝ di cooperata tegit: in alijs
defensa xpi ecclesia. Et munita exteri-
us vt sarban ait ad dñm ostenditur.
Pellem p pelle z vniuersa que habz
homo dabit pro anima sua. Quia p

fecto vniuersos sanctos suos deū ad
hoc dedisse constat in passioes: z pel-
luras viterit z ipsorum atq; omnium ani-
me saluarent. que erāt eorum doctrina
z exemplis creditur. Ac si diceret: qm̄
sanctum appetebat virum. Quid istū
passioni ac temptacionibus dare retra-
bis cum vniuersos scros suos quasi
pellē p pelle qm̄ q; datur? es in passio-
nem z vniuersa que habent p anima-
bus eorum. Vñ qz tanta glia pellium p-
dicat: gemit vir videns paupratē su-
am xps videlicet z ecclesia: quia nulli
afficiuntur ex membris eius vetusta-
te peccati: immo generalit̄ in presen-
tiarum cuncti tinguntur peccati for-
dib; unde apłus. Si dixerimus qd
peccatum non habemus: ipsi nos se-
ducimus z veritas in nobis non est
Quid enim q peccato se infectum cō-
stet: nisi vetustatem sauciatum se
ingemiscat. Cunctis igitur liquet pec-
catis q omnes vetustate infici-
untur: eo q vicia pertineant ad vetu-
statem: virtutes vero ad nouam vi-
tam. Unde z Paulus dicit. Exuen-
tes vos veterem hominem cum facti-
bus suis: z induentes nouum. Atq;
iterum vetus homo noster simul cru-
cifixus est. Qua nimirū vetustate xpi
ecclesia confecta. quia necdum in pre-
sentiarum sine macula z ruga cē po-
test. Jure Christus in membris suis
plangens dicit. Vetus tam fecit pelles
meas z carnē meā. Per carnem quip̄
pe vulgi multitudo. Vel etiam vni-
uersitas infra Christi corpus prop̄
ter teneritudinem designatur plebis
Unde David propheta gemens. Dñ
adpropiant inquit super me nocen-
tes vt edant carnes meas. Alioquin.
Nisi caro essent vetustate peccati
consumpti: Esca inimicorum non

essent. Quos plangit, p̄beta suis la-
mentis: immo christus caput et om-
nis ecclesia eius quasi corpus vetu-
state delictorum p̄sumptos. Et adiecit.

Contrivit oia ossa mea

Per ossa namq; fortiores quicquid intel-
ligunt. Quia in passione christi etiam
ipsi apostoli contriti sunt: et p̄uore mor-
tis fugati. Sed quod ait Hec omnia deum
fecisse: insinuat iusto p̄misisse suo iu-
dicio ad consummandas passiones: et
in eius corpore veraciter que plangu-
tur accidisse. A principio ei h̄ alpha-
beti nulla minutat p̄sona. sed alia quod
dem horum ut dixi ad caput pertinent.
Alia vero ad corpus vti p̄sens et sus-
cipit in christo neque interioris aut exterioris
vlla vetustas peccati attingit. Neque os
eius contritum fuisse p̄batur sed hec in
membris contigisse iure planguntur
eo quod exterioris et interioris. etiam queque
fortia contrita in eius corpore: et vetu-
state delictorum p̄sumpta videantur. Pre-
terea et Jeremias non minus in illa p̄-
ma captiuitate quam etiam et in secula talia
sceleratorum ex causa p̄uenisse apte plo-
rans: p̄numerare videtur. Porro mo-
raliter peccatrix anima merito desinet
vetustate suorum facinorum: ita dicens.

Vetustate fecit pelle meam et carnem meam.

Neque enim pluraliter pelles sed pelle sin-
gulariter vetustate infecta lugens ge-
mit: quod primi homines expulsus a para-
disi gaudijs sunt induti. Merito siquidem
dem multorum vna est pellis vetustate
fuscata. quod mortalitas p̄culdubio li-
uore peccati contracta: per p̄uarica-
tionem primi hominis: vna omnis ve-
stis delictorum et mortis conspersio-
ne. Quia non minus et caro peccati

exterioris quam et illa omnia que infra con-
scientiam tegunt. Unde psalmista qui
si voce humani generis loquens. in
malignos spiritus deprehensus. Inue-
teravi inquit: inter omnes inimicos
meos. A feruore etenim mentis inter
spirituales inimicos vel inter carnales
quosque primos. Aliquo modo vti ut
uendi veterescim: atque assumptio no-
uitatis speciem fuscam. idcirco ge-
mens dicit animam vetustam fecit pel-
lem meam et carnem meam. dum eius consci-
entia quasi exterioris vel pellis inuetera-
tur. Et omnis eius interioris decor: quasi ca-
ro corrupta tabo peccati consumitur
Hinc quoque dicitur ait. Dum ad propi-
ant super me nocentes ut edant carnes
meas. Per quas nimirum carnes car-
nales in anima affectus designat. Ad
quos quasi ad suas leges diabolus ad-
propat: ut eos in quibus sunt quasi car-
nes edens in suo corpore cruciat. Qui-
bus p̄fecto finit: carnibus: quod aliter nos
quam spiritus erimus: ut nihil in nobis quod
edat reperiat inimicus. Sed quod mens
et conscientia nra: intrinsecus huiusce
modi affectibus cotidie replet. Quid
aliud quam pellis mortalitatis nra: et ca-
ro desideriorum carnalium vetustate
corruptitur. Contrivit inquit omnia
ossa mea: Per ossa namque virtutes qui
me demonstrant: quod sicut ossa firma-
mentum sunt corporis: ita virtutes for-
titudo sunt anime. Quibus contractis
aut oblectamentis seculi aut terrori-
bus minarum: aut vllis insidiarum do-
lis recte plangit anima merens: quia
contrita sunt ossa eius: et omne cor-
pus eius interioris exterioris veta: ad nihil
vetustate consumptum. Sequitur.

Edificauit in giro meo et circumdedit me felle et

labore

Quibus profecto versibus iuxta historiam ostendit hieremiam non minus de populo sui casus et ruinam et tribulationis sue angustias. Super quos vertit et convertit manum suam deus tota die. ut experiret verum cum sequi vel lent. Pro quibus etiam pellis et caro hieremie affecta est fame. quasi veruste se necturis profecta atque omnis vigor populi malleo percussoris diminutus; ita ut nulla in eis remanserit virtus belandi. Sed et nunc obsidione plangit inimicorum dum ait. Edificavit in gyro meo. Quod et dominus in euangelio prius defleuerat dicens. Si cognovisses et tu. Belsi diceret. Si cognovisses mala que imminet et tu quoque fieres; quod circumdabunt te inimici tui vallo; et coangustabunt te et ad terram consternent te. Et non relinquent in te lapidem sed omnia defensionis munimenta interius exteriusque decient et disperdent. Hinc quoque est quomodo propheta luget. Edificavit in gyro meo; et circumdedit me felle et labore. Quod est dicere; circumdedit me scilicet populum gentis mee tribulatione miseriarum et labore angustiarum. Non minus in secunda obsidione scelerate civitatis; quod et in prima sub qua fuit et ipse hieremias a populo. nimia cordis amaritudine veratus; etiam et pro populo labore tribulationis afflicto. Interea mystice christi ecclesia recte gemit. immo christus in membris suis quod et ipse in passione deprehensus. traditus sum et non egrediebar. Quoniam coedificaverat et pater in gyro obsidionem; quando cum armis et fustibus eum a iuda traditum apprehenderent; et non possit effugere vinculum eum ad presidem per-

duxere. Quo nimirum vallo circumseptus quasi felle amaritudinis et labore tribulationis effigitur humanitas christi. Et hoc est dicere. Edificavit in gyro meo. quod et ipsa obsidione armatorum eum apprehendentium traditus est ad passionem; ubi cibatus est felle amaritudinis et labore tribulationis. Unde et in psalms. Dedit inquit in escam meam felle; in siti mea potare me aceto. Per felle quippe omnis amaritudo passionis interius designat; et per laborem exterior in carne tribulatio christi; ut integra passio christi in corpore et in anima intelligatur. Quoniam et pro nobis intus voluit et exterius in carne vere passus fuit. Quibus profecto passionibus adhuc cotidie in carne sua et in membris suis scilicet in ecclesia patitur. quod de carne eius et de ossibus eius ipsa format; ut compleat in se ea que defunt passionibus christi. Ex quo profecto passionibus per plangit dicens

**Edificavit in gyro meo
et circumdedit me felle
et labore**

Quoniam in presentiarum omnibus obsessa malis in medio laqueorum ambulat ubi sedes est sathane. Hinc est quod hereticorum que sepe vallat exercitum; et inter fratrum affligit et replet laboribus; ac si felle amaritudinis. Quo nimirum felle symon ille magus peritus omni comoratus impietate zelo invidie movebatur christi subvertere discipulos; et ecclesiam electorum dei corrumpere. Hinc quoque quod exterorum atque persecutorum opprimis supplicijs hinc quod oblectamentis seculi huius; et rerum per mulcet blandicijs; quatinus his inlecta sempiternis fraudes bonis; Hinc

dolis hostiū cottidie inuisibiliū ppul-
 sa: z fraudib; intantū vt felle videā-
 tur repleti meroris: z laborib; tribu-
 lationū. Et ideo videns se sponfa xpi
 tantis ppediri laqueis: gemēs dicit.
 Edificauit me in giro meo: z circūde-
 dit me felle z laborib;. Quib; vtiq; in-
 tus forisve conclusa malis. Alibi ait.
 Quis dabit mihi pennas sicut colū-
 be volabo z requiescam. His igit ob-
 sessa fraudib; z iniquoz laqueis: in-
 terno dolore amaricat animi: foris
 vō vt vincat laborib; fatigat. Sed et
 anima quelibet lugens dolet: q; edi-
 ficat in gyro ei: z cōcludit felle mali-
 tie multiq; fatigat laborib;. Vnde
 me qñ se circūspicit vndiq; coangu-
 statam: z intus suis se repleti iniqui-
 tatib;. Agunt em̄ indefinenter mali-
 gni spūs si quō miseraz animā: pmit-
 tente deo prauis inuoluāt delectamē-
 tis: z pessimis eam repleāt desiderijs.
 Quoz nouissima fiant et felle ama-
 riora: om̄iq; labore intus forisve du-
 riora. Quib; nimirū laqueis obsessa
 iure dolet lugens: eo q; circūuolata
 sit malis in gyroz intus felle repleta
 amaritudinis. Sequit̄

BETH

**In tenebrosis colloca-
 uit me: quasi mortuos
 sempiternos**

Hic nanq; versus ap̄te hieremie con-
 gruit: q; reclusus in imo carceris: ni-
 mia asperitate exerciat: ita pene vt
 vitā amiserit qñ vn̄ eoz q; p reatib;
 inter mortuos deputabat. Terunta-
 men q; p̄betariū actib; futuroz de
 xpo p̄betia tenet. Et quo paulus ait.
 Multifarie z multis modis olim lo-

cut̄ ē de^o in p̄betis. Ad similitudine
 manu oim̄ p̄betariū ex sua passiōe fa-
 cti hui^o vaticiniū expleuit. vñ idē im-
 mo dñs p̄ eū. i tenebrosis collauit me
 inqt. Qd̄ sane lamentū magis ad ca-
 put q̄ ad membra p̄tinere videt. q; p
 nobis mortu^o est: z nō mortu^o seculi.
 Quia mortui seculi mercedē recipiūt
 iniquitatis suaz: mortē sibi ducūt ex
 pcti ppagme. Xps vō venit in silitudē
 nē carnis pcti. ad circo silitudinē collo-
 catus in tenebrosis. traxit de morte pec-
 catorum. Vñ signant̄ ait. Collocauit
 me in tenebrosis qñ mortuos sempi-
 ternos. Quasi qd̄ lz vere mortu^o q;
 die tertia surrexit: z hō in sempiternū
 repulit eū dñs. Collocat^o est aut̄ in te-
 nebris tanq; in inferno. tāq; in sepul-
 chro: tanq; in passiōe qñ mortui sem-
 piternt. Sz fact^o est sicut hō sine adiu-
 torio inter mortuos liber. Liber idē
 q; sine pctō fuit. ¶ Propterea cito de
 tenebris. lux ad vitā redijt. Expletis
 aut̄ his trib; v̄sib;. Beth littera que
 fm̄ altā interpretacionē cōfusio interp̄-
 tat̄. Vt sit sensus q; om̄is q; ad vetu-
 statē decedit cōfractis virtib; obsidio-
 ne vallat̄ antiq; hosti. z felle int^o ama-
 ritudinis. Quib; p̄fecto laborib; cir-
 cūsept^o q; alibi locat^o q; in p̄fusiōe lz
 in tenebris versat̄. Ideo q; p̄beta p
 p̄fusione plangit humani gener; me-
 rito sub hac littera ton^o domus rui-
 nā z maculas vetustat; plāgit. Beth
 quippe etiā z dom^o interpretat̄. Que p
 p̄fecto dom^o p̄ p̄fusiōe sua gemēs die
Vetustā fecit pellē meā
 z cetera q; sequunt̄. ¶ P̄t̄ est si qd̄ re-
 ferri z ad caput hec vetustas pellis. p
 p̄ter indurā mortalitatē carnis. Reli-
 qua vō oia sub hac littera de capite
 videt̄ de xpo magis dicta intelligūt̄.

Moraliter ho ania sub pfusione po-
 sita. his versibz gradatim se ruinosi-
 deprehensaz luget. Primum q̄ vetusta
 peccati fractis viribz corrupta iacet.
 Deinde q̄ circumvallata fraude inimi-
 ci vltra exire ad libertate venundata
 sub delicto nō valet. Et intus infra la-
 queos aduersarioꝝ repleta amario-
 ribus felle malis: z aruisepta labori-
 bus concupiscentiaru fatigata: z pon-
 deribz storiu facinoru depressa luget.
 Insup z amisso lumine collocata in
 tenebris tam quasi mortua in sempi-
 ternu. Nec se ipsam qualis sit q̄ misere-
 ra q̄ infelix quibz ve oppressa malis
 z nudata bonis videre valet. Aufferu
 tur ei iudicia dei ab huiuscemodi ani-
 ma ne vltra respicere se queat. vt in di-
 recto iudicioꝝ dei videat abyssu mul-
 ta: sed ea solim que sunt cecitatis sp-
 orbata lumine coclusa sub confusione
 sua sentiat. Hoc semp inimicus gau-
 det: ne se misera aia de tenebris ad lu-
 ce explere queat. Hinc est qd est phili-
 stei capto sampson oculos erunt ac
 deinde cecū ad molā mittūt. vt semp
 in circuitu gyrans viam vite privato
 lumine nunq̄ inueniat. Hinc quoq̄
 sedechia nabuchodonosor capto pri-
 mu ei effudit oculos deinde vinctum
 in cauea babylonē ducit. ne vnq̄ tam
 vltra infra confusione clausus lumen
 videat. Tamē quilibet talibz inlecta
 malis anima duz adhuc in carne de-
 vincita plorat. Nō vere s̄ quasi mor-
 tua se luget: dū locus ad penitentiaz
 dat. ante q̄ obso: beať pfundo: z sup-
 eam vrgeat pure abyssu os suu Quia
 vere cū hoc impletu fuerit. Null' re-
 gressus ad penitentiā erit. Interim ho
 cū in peccis iacet. pfundioribz q̄si mor-
 tui in sempiternu coclusa dolet: sed q̄
 sepe p̄ xpi grām miserate do de pfun-
 do iniquitatis ad vitā redit. Sequitur

Simel ista q̄ retributio vel plenitudo
 interpretat. vt ex ipsi interpretatione co-
 gnoscat lector plenitudinē retributio-
 nis. Que vlt q̄lis ex plenitudine deli-
 ctōꝝ retributio sequat: tres sequētes
 versiculi insinuat cum dicitur.

OMNIA

c Irucū edificauit ad
 uersū me vt n̄ egre-
 diar. Adgrauauit cope-
 de meū: s̄ z clamauero
 z rogauero exclusit ora-
 tionē meā. Coclusit vi-
 as meas lapidibz q̄dris
 semitas meas subuertit

Quis scit p̄pheta p se imo z p̄ p̄lo plā-
 gere videt: q̄ vincit in carcere copecti-
 bus adgrauat' edificat' aduersus ci-
 uitatē z p̄p̄m obsidionē amarissime
 desebat: eo q̄ ab hac liberari eos nō
 posse culpīs erigentibz in spū p̄uide-
 bat. S̄ z clama. inq̄t z roga. exclusit
 ora. meā. Un̄ dñs. ne adsumas inq̄t
 laudē z orationē p̄ eis. qz p̄fecto cla-
 mor opoz. coz. ascēderat p̄tra eos. ne
 p̄pheta exaudiret rogās p̄ eis. Et hic
 est qd ait. Exclusit orationē meā. quā
 do p̄ peccis eoz gemens ac dolēs. ne
 exaudiri meruit. S̄ z cluse s̄t oēs co-
 rru vitz: si p̄ exaggeratiōz cū eo loq̄r:
 lapidibz q̄dris semiteq̄ subuerse: ne
 forte p̄maz aut fm obsidionē possint
 effugere. Et norandū q̄ suas p̄pheta
 coclusas plangit vias semitasq̄ sub-
 uersas dū oēs exit' misere ciuitat': ho-
 stiu inuassione sp̄icit obstruos et ad-
 gualios p̄li inlaq̄atos. Letez. istoz
 sensus vsuū ad caput eq̄ z ad mēbra

pōt referri cum dicit Circūdidicauit
aduersum me vt nō egrediar. Ac si pa
tenter dicat. Excitauit aduersum me
corda iudeoꝝ. z circūdidicauit legio.
nes atq; cohortes ꝓtra me seuites
vt nō egrediar eozꝝ de manibꝝ. Quo
usq; vadam sicut scriptū est de me; et
compleant vaticinia ꝓbetarū. Ideir
co exclusit orationē eius cum dama
ret. Pater si possibile est trāseat a me
calix iste; vt omnia complerent. Sed
z ecclesia rꝑi multotiens hereticozꝝ
cōclusa dogmatibꝝ certe aut ꝓsecuto
rū vallata supplicijꝝ; vsa hac voce plo
rans z lugens totū deo tribuit quic
quid passa est ab hostibꝝ. Ac si ꝓꝓria
voce dolēs dicat. Circūdidicauit ad
uersum me vt non egrediar. adgraua
uit compedē meū ob immanitatē tor
mentozꝝ. vel multitudinē laqueozꝝ.
seu ꝓpter condensitatē prauū dogma
tis. Qd̄ frequenter cōrigisse minime
dubitāt; ita vt generalis ecclesia q̄si
vna nauis in medijs conlisa fluctibꝝ
multotiens quasi subuersa z ꝓgraua
ta doleat. Interq; nimirū picula ꝓse
pe ad ꝓbationem sui suā orationēz a
dño exclusam ingemuit. habens cuz
ꝓꝓo anchoram suā scz spem fixāz in
celo. Ne forte (qd̄ absit) q̄ ꝓsciti sūt; et
ꝓdestinati submergant fluctibꝝ. Con
clusit em̄ vias eiꝝ lapidibus quadris
dum om̄ia sanctarū scripturarū itine
ra quasi q̄dratis ꝓhilosophozꝝ elo
quijs obseruauit. ne recto tramite per
eas gressibꝝ fidei quantotius ad ꝓ
triam ꝓperaret; et omnes semitas ea
rū scilicet subtilissimas diuinarū rez
intelligentias secularibꝝ vel prauū do
gmatis subuertere ꝓmiserit disciplinis
¶ Leterū anima quelibet cuiꝝ iam re
tributio ob immanitatē scelerū suozꝝ
imminet z plenitudinē delictorū sub

mersa iacet. Quia Simel hanc vtrū
q; interpretari diximus. iure in se re
uersa deslet: circūdidicauit aduersum
me vt nō egrediar sicut; ille qui dice
bat Circūdederunt me dolores mor
tis picula inferni inuenerunt me. Qui
bus ꝓfecto ꝓgrauata compedibus
formidat. Ne nō possit euadere a sup
plicijꝝ; q; z si eius fuit corruerit; mis
erantis dei est eam de tantis laqueis
liberare. Quid em̄ miserabilis ꝓse
potest agere delinquenti; q; vt sic cō
clusa teneat carcere pessime captiui
tatis; ne vltra egredi queat ad libera
tem bone actionis. ꝓ. sup z iuncta cō
pedibus delictorū; atrocis adgraua
tur flagitijꝝ; saltez sene ꝓmoueat pe
nitentie ad remediū. Compedes em̄
ipsius om̄ia cōcupiscibilia seculari
lectamenta carnis. Necnō z om̄is int
mici doli quibꝝ cū ꝓfecto pedes con
stringunt si deit; qm̄ ꝓ fidem ambula
mus z nō ꝓ speciem. Neque sit libere
ad ea q̄ nō vident z sempiterna sunt
intendere. Adgrauant aut quōtienti
cunq; iniquitatē sup iniquitatē ad ꝓ
nimus; q; recte iniquitas sup talentū
plumbi sedere dicit. Ergo adhuc ꝓ
numerat misertari eiꝝ immanitates
cū dicit tantis ꝓgrauata malis. Et
cum clamauero z rogauero; exclusit
orationē meā. Nam inter supplicia so
lūmodo lacryme z preces ad iudicē
solantur reos; tandem vt his ꝓmo
ta pietas veniam impendat delictis;
Sed valde in nouissimis contristari
potest; quando mens rea sic sentit
offensum iudicem etiam culpis eri
gentibus; ne possit oratio transire et
ad fontem pertingere pietatis. Exdu
dit autem supplicium preces; quan
do nos sic peccare permittit etiam vt
ipsa contra nos insurgant flagitia; et

concludant oia pietatis itinera offen-
so iudice, ne possit ad eū ptingere qui
p̄sens est vbiq; z audit oia. Quia p̄-
fecto sic scriptū ē q̄ claudit aures suas
ne audiat legē: oio ei⁹ erit execrabilis

Conclusit in q̄t vias me- as lapidibus quadris.

Habent em̄ scelera z pctā quadratu-
ram suas, sicut quidā poetice ait. Hi
meruunt, cupiūt gaudent q; dolent q;
Quib; p̄fecto q̄dris lapidib; conqua-
drantur oia vicia nostroz scelerū.
Cū tandem aliquē redeat ad se infelix
nimis aia veritate infecta contracta
virib; in gyro ab inimicis obsessa, fel-
le iniquitatis z miseriarū vallata vantis
fatigata laborib; in tenebris ignoran-
tie z sub caligine cecitatis locata: con-
tra quā innumeri hostes neq̄at egre-
di z vicia deseriūt. Redeat iūcta com-
pedib; z p̄grauata, piū roget iudices
indefinēter cū omni improbitate cla-
moris. Quia et sine eo q̄ amica sit,
p̄pter improbitatē petētis, p̄mittit ve-
ritas indignatōe remota quosq̄ vite
panes pulsans rogauerit ad tanuā se-
dare. Quia p̄pe est dñs oib; inuocan-
tibus eū, oib; q̄ inuocāt eū in veritate.
Alioquin aia, z si his oib; exuta esset
malis, quō vias lapidib; quadris ob-
sessas z semitas ad patriā subuersas
trāsire posset. Quid ei aliud ē in mū,
do nisi cupiscētia oculoz z supbia vi-
te. Quā ad scripturas sc̄tas q̄si ad pa-
scua se cōuerterit; in q̄b; recte via inue-
nitur eterna; cōtinuo occurrunt lapi-
des hereticoruz; q̄b; obsessa fides q̄si
murtis ne recte inuentat inuoluitur, z
subuersio semitaz eoz, laqueis ibidē
p̄ fonte p̄parat. Cū dicat fidelis aia
cū p̄pha, Quis dabit mibi pennas si-
cut colūbe; volabo z requiescā. Et cū

ap̄lo, Infelix ego hō q̄s me liberabit
de corpore mortis hui⁹. sc̄z gr̄a dei vt
sciam⁹ de his oib; q̄ non nisi p̄ gratiā
liberamur. Propterea his exagitata
angustijs aia ad deū indefinēter de-
flectat articulū, z sub delecth s̄ra acro-
ra plorās z gemēs videat q̄ sequant̄.
Delecth nāq; iuxta quādam interpretatio-
nē, timorē significare videt̄; lz sup̄ius
tabularū dixerim. Hinc restat vt aia
a timore dei salutē cōcipiat sicut sc̄ptū
est. A timore tuo dñe ꝑcepim⁹ z pepe-
rimus sp̄m salutē. Et alibi. Cū timo-
re nostrā salutē opamini. Quid ei ter-
ribilius dici p̄t, post tā dira pcti sup-
plicia; vt s̄ hac s̄ra de deo dicat.

DELETH

v **Ursus insidians fa-
ctus ē mibi leo in
absconditis. Semitas
meas subuertit z cōfre-
git me, posuit me d̄sola-
tam. Tetēdit arcū suū z
posuit me quasi signus
ad sagittam.**

Quid terribili⁹ dici potuit, q̄ vt auctor
salutē n̄re dicat, q̄si visus insidiās nob̄
facit⁹ z velut leo in absconditis. Ursus
nāq; fera ē fraudib; plena, z nimis ge-
rens i brachijs fortitudinē atq; lum-
bis. Sed neq; q̄ p̄ se dñs h̄ loco huic
bestie cōparat, imo p̄ eas vtrasq; na-
buchodonoso: certe aut tit⁹ v' vespasi-
an⁹ designant q̄ alibi ap̄et singulari
ferus appellat̄. In q̄b; p̄fecto dei pr̄s-
ad vltionē iniquitaz z vindictā fuit. Ac p̄
h̄ de⁹ rursus vel leo fact⁹ plangit qz cū
sit clemens ac pius indulgentiarū dñs.

iusto suo adduxit iudicio contra hieru-
 rusalem. qui cū omni insidiarū gene-
 re obsideret. et sine deuastaret fortitu-
 dinis potentia. Quē dñs seruū suū
 et colonū vocat; eo q̄ in vltione puari-
 catricis seruierit hierusalem. ceteras q̄
 ciuitates subuerterit. et posuit eā de-
 solata; vastitate hostili sicut historia
 p̄dit tanq̄ turgurū in cucumerario
 vacuas sine custode reliquit. Posuit
 ergo eā dñs tanq̄ signū ad sagittam.
 p̄culdubio quia sic in medio suorum
 hostiū posita est. vt ex omni parte cir-
 cūdaretur q̄bus iā frequēter quasi sa-
 gittis vulnerata. saltē ad medicū re-
 dret necessitate cōpulsā. Quas sane
 gentes suo modificante iudicio dñs
 quasi extenso arcu cōtra eam sepe mi-
 sisse legit. vt vel sic addisceret timere
 deum expugnare se; ne ab insidijs ho-
 stium suoz. q̄si sagittarū vulneraret
 iaculis. Illa v̄o relicto deo iure se plā-
 git quasi signū ad sagittas posita. Quā
 iusto agitur iudicio. Adsi extēso arcu
 q̄sepe ab hostib; est vulnerata. Cui
 et idē aduersarius semitas subuertit et
 cōfregit. quas iā supra etiaz lugere se-
 diat. Interea vox capitis est pariter
 et corporis. q̄ factus sit is vsus insi-
 dians et qui est in cōmutabilis et sem-
 p̄ternus deus. Non q̄ ipse vt dicit a
 sua imuteretur natura bonitatis et pie-
 tatis. sed p̄pter efficientias rerū. eo q̄
 ipsum cōtra vnicū filiū suū. caput no-
 strum videlicet xpm erigere pmisit q̄
 velut vsus insidiāns fraude et forti-
 tudine sua perimere reptauit ac deci-
 pere. Non solum eū verum omne cor-
 pus eius. scz credentes in eū ab initio
 seculi vsq; in finez reptabit; sicut leo
 inquit in absconditis. In quib; p̄ose-
 cro duab; bestijs omnis diaboli seu-
 ita demonstratur. Unde signanter et

per leonem ipse humani generis ad-
 uersarius describitur. Per vsū v̄o
 eius omnia membra scz heretica et fal-
 si fratres monstrantur. Quoniam rur-
 sus licet fortis sit virib; tamen infir-
 mū gerit caput sicut et hi omnes dia-
 bolum qui semp in manifesto et in ab-
 sccondito de vnitāte corporis xpi que-
 rit. quos deuoret vel decipiat. In ab-
 sccondito quidem. quia dolo et fraude
 seuit. in manifesto quia de fortitudi-
 ne sua multū confidit. et fiducia habet
 q̄ insuat iordantis in os eius. Vnde
 quoq; apostolus ait. Aduersarius
 noster diabolus tanq̄ leo rugiens cir-
 cuit querens quē deuoret. Alioquin
 nisi de sua cōsideret fortitudine. nūq̄
 rugiens indignans et frendens iret.
 Nisi vero fraude insidiarū incautos
 deciperet. nunq̄ psalmista insidiatur
 in abscondito tanq̄ leo in cubili suo
 diceret. Sed quia virib; omnia dice-
 re nō p̄ualet. insidiarū fraudes adhibet.
 Per que nimirū duo virtutis sue
 arma. nō minus cōtra caput q̄ etiaz
 et cōtra omnia eius membra. Quō ge-
 mens p̄beta imo xpus et ecclia dicit.

Ursus insidiāns factus est mihi sic leo in absconditis

vt per hec duo mala duasq; vt dicit be-
 stias omne corp⁹ diaboli et caput vsq;
 ad antixpm contra electos dei descen-
 dit. iure plangendū ab omnib; censetur.
 He nanq; bestie sunt que venire
 cōsueverant contra dauid pastorem
 ouū et insurgere vt gregē diriperent.
 Contra quas idē q̄sepe insilites erue-
 bat ouem etiā de ore leonis et discerpe-
 bat fauces in frustra brachiaq; supera-
 bat. Iste est nāq; dauid noster qui et
 oues suas p̄ducit et ad pascua vite et
 eruit eas de ore leonis et vsq; bra-

chta cōstringit. Nos em̄ populus ei⁹
et oves pascue eius. Ad quos q̄sepe
leo iste ⁊ visus veniunt aduersarij scz
nostrī ⁊ contrarie potestates. tollūtqz
etiā arietem de medio gregis. An nō
etundē ipsum dauid tulit ⁊ quasi arie-
tem puasit. quē si nō dñs de faucibus
eius eruisset euadere nō posset. Unde
in psona xp̄i qd̄ psequeret eos dictus
est. pariebā inquit ⁊ eruebā de ore eo-
rum. scz xp̄s oues suas per vasa. da-
uid pet̄. ⁊ om̄es qui in eius fugere
passione ⁊ deinceps quoscuqz eruit tā
pene cōsumptos. Sed illa sicut sc̄ptu-
ra refert. Consurgebant aduersus da-
uid quia non minus aduersus caput
videlicet xp̄m insurgūt. q̄ ⁊ aduersus
eius mēbra. Dauid autē. Adprehē-
debam inquit mentum eoz ⁊ suffoca-
bam interficiēbāqz eos. Si autē om-
nipotentī deo. quia quicquid p̄beta
doluit eos p̄ualuisse in greges xp̄i. to-
tum virtute dei superatū est. tantū ne
oues se eoz faucibz ingerant. quoniā
morte sua eos leonē de tribu iuda in-
terfexisse patet. Hinc quoqz dauid.
Leonē ⁊ visum inquit interficiebam
ego seruis tuis. Sequitur.

**Semitas meas inquit
subuertit et confregit.**

Hoc id ipsum repetit dolens. q̄ tā su-
pra desleuerat. Et posuit me desola-
tam. scz quia supra hierl̄m. p̄beta de-
solatam sedere plangebam. Nūc vero
fortassis in seipsam reuersa imo spon-
sa xp̄i dotata eius sanguine gemit se
positā desolatā a xp̄o. Quia cū adul-
terum in q̄buslibet recipit suis mem-
bris. secū sponū minime h̄c potest.

**Tetendit arcum suum.
⁊ posuit me quasi signū**

ad sagittam.

Positus ergo christus a patre quasi
signū ad sagittam dicit. quia non mi-
nus ipse q̄ ⁊ omnis eius ecclesia in ti-
tulum contra oēs aereas potestates
⁊ eoz fallaciam erectus cernitur. In-
de visus militibz eius. Spectacu-
lum inquit tacti sum⁹ mundo ⁊ ange-
lis eius. Qd̄ in se solum xp̄us erigere
curauit. q̄si in mono machia expleturus
contra oēs bestias siluē ⁊ contraqz ea-
rum scutiā. contra oblectamēta secu-
li. ⁊ cōtra omnia eius nomini aduer-
santia. Unde quasi signū ad sagittā
se plangit positū. quia non minus in
se q̄ in suis mēbris ad repellendum
omnia iacula suscepit inimici. ¶ Lete-
rum sub Deleth littera animā a timo-
re percussa plangit dicens.

**Ursus insidians factus
est mihi. et sicut leo in
absconditis.**

Quia non minus in aperto cottidie
vi sagittarum q̄ ⁊ in abscondito insi-
diarū eius suscepit vulnera. ⁊ se talibz
decepta dol. positā iure plāgit d̄solatā

Tetendit arcum suum.

Per arcū nāqz extensum ius diuini
iudicij exprimit. qd̄ diu venire differē
quia manit xp̄us inuenire quos re-
muneret q̄ quos feriat. Hinc dauid
ait. Dediti metuentibus te significa-
tionem. vt fugiant a facie arcus. For-
tassis ergo per arcum scripturas san-
ctas libenter accipimus. et quibz qua-
si fortitudine noui testamēti et neruo
quodā duricia veteris p̄beta et edo-
mita esse creditur. Ex quibz tanq̄ sa-
gitte mittuntur ad feriendaz cordis
duriciam. Quia enim alia sagitta per-
cussa ē anima que dicit. Introduce

in domum vini, constituite me inter
 unguenta. conspate me inter mella
 quomodo vulnerata charitatis ego
 sum. quia amore languo. Habet em
 hoc arcu iudiciorum dei xpus alias
 imittere sagittas ad pungendum vicia
 z pctā. alias ho ad vulnerandas animas
 amore charitatis. In q nimiruz oia
 aia cōstituta ē q̄si signū ad sagittam
 vt hinc suscipiant vulnera charitatis
 illinc repellat omnia iacula inimici.
 Quatin⁹ suis triumphet de hostib⁹. Et
 victrix cum corona precipiat patulum.
 Sequitur Hec lra q̄ viuo vel ē interp/
 tatur. A principio em hui⁹ alphabeti.
 exinanitio xpi oñdit sicut ait aply.
 Qui cū eēt in forma dei nō rapinā ar
 bitrat⁹ ē esse se equalē deo. S; semet
 ipsum exinanituit formā serui accipit
 et habitu inuenit⁹ vt hō. Propter qd
 oia obprobria z passioēs vsq; ad mor
 tem sustinuit. Un̄ necesse fuit sb hac
 lra crescere inter agones z certamina
 passionis; q̄ is q̄ semetipm intactum
 exinanituit. semp̄ idēz est; z incōmuta
 biliter est. Et q̄ est vtiq; viuus. sicuti et
 q̄ viuus est. Ac p hoc vna vox ē creden
 tum. etiā inter supplicia tormētoꝝ dñi
 dicit aie nre. nō ē salus illi in deo eius.
 Est. quia omnino semp̄ idē z vbiq; ē.
 q̄ nusq; fuit z nunq; longe abest. Et
 hoc solū incōmutabilr tenet fides ce
 lestis omnino q; est. Ille ho iure de se
 ira fidentib⁹. licet pro nobis credat⁹ re
 spondit semp̄ z vbiq; viuo. Un̄ etiam
 delinquentib⁹ clamat dicēs. Viuo ego
 nolo mortē peccatoris. sed cōuertatur
 z viuat. Conuertat autē z viuat. quia
 vita nunq; vult mortē. sed vt ois vita
 viuāt. z cōuertant⁹ de morte ad vitam
 Hec nāq; cōsona vox est sponse spon
 so vt illa confiteatur. cor de z ore quia
 est; sponsus autes ei mor respondet

viuo. q̄tinus in nullo dubitare queat
 de illo. Unde idēz post mortē immo
 ante mortē vel semp̄ z vbiq; sine mor
 te resurrexi et adhuc tecum sum. qui
 nunq; affui. sed semp̄ tecū z in te sicut
 tu z in me fui. Qd est dicere viuo in
 te quia z tu in me viuus vt omnes lau
 diant qd viuo z confiteantur interro
 gantibus vbi est deus tuus. dicatq;
 est. Est autē vbiq; in celo. in terra. in
 tra omnia. z extra omnia. Est z in cor
 de meo per fidem. in ore per confessio
 nem. ac per hoc ipse in me est vt ego
 sum in ipso. sicut ipse ad patrem ait.
 Volo pater vt et ipsi in nobis vnum
 sint. Jam quidē ple planctus in sinuet
 videamus.

HEE

m **Asit in renib⁹ me
 is filias pharetre
 sue. factus sum in deris
 sum omni populo meo
 canticū eorum tota die.
 Repleuit me amaritudo
 dinibus. inebriauit me
 absinthio.**

Quis fatis hierusalem accidisse manife
 stum est. cum domin⁹ iusto suo iudic
 cio quasi de arcu diu extenso. quia pre
 cauere noluit ne feriretur. fulgurant
 res emisit sagittas. filias pharetre sue
 in renibus eius. Vti ibi exciperet pit
 mum vindictā iudiciorū dei. quo mag
 gis peccauerant. Quomā sicut idē te
 statur ppheta. vnusquisq; hinciebat
 ad vxoꝝ proximi sui. Per pharetrā
 nāq; abyssus z profunditas iudicio
 rum dei designat. De quo nimum

ab ipso nabuchodonosor vel reliquis
 nes contra puaricatricem hierusalem
 sagitte ab arcu directe sunt ut vulne-
 rarent eas expositas a domino. quasi signum
 ad sagittam. Quos cum propheta increpa-
 ret. saltem ut iam obsessi converterentur
 illi pro oia verba vertere in derisum.
 Unde gemens ait.

**Factus sum in derisum
 omni populo meo can-
 ticum eorum tota die.**

Quid dicitur de se ipse retrofactum insi-
 nuat. Repleuit me inquit amaritudi-
 nis. Dolet iam completum. quod dominus exerci-
 tum deus israel supra comminauerat
 Ecce ego inquit cibabo populum istum ab
 sintibus et dabo eis potum aquam fellis
 Quibus hierusalem iam repleta. inebriatam.
 propheta luget. quam repleta fuit angu-
 stis et tribulationibus innumeris; non
 minus in secula captiuitate subito. quam
 in prima sub chaldeis. quam capti sunt et
 dispersi sunt in gentibus. quos non noue-
 rant ipsi et patres eorum. atque in toto or-
 be ut hoc die cernitur sunt dispersi. Ubi
 potari sunt absintibus sed necessitatibus
 innumeris et angustiis ab hostibus.
 Et accipere potum aquam fellis. Per
 quam significat magnitudinem malorum.
 et sempiternam captiuitatem eorum iugum:
 aut certe ignorantiam legis dei. et quod sint
 repleti amaritudine fellis et pro pro-
 cepturi sunt antichristum. Ceterum christus
 qui est et uiuit. plagis quasi caput nostrum
 non minus pro nobis quam et pro illis.

**Misit inquit filias pha-
 ratre sue in renibus meis.**

Pharetra namque patris. recte scriptura
 facta accipitur. ex qua iudicia dei quasi
 ex arcu sagittas plagam excipit. cotti-

die christi corpus. quod et ipse in carne passus
 prior protulit sine vulnere peccati. Cla-
 rie quidem emittuntur de pharetra scri-
 pturarum sagitte. quas nonnunquam arde-
 tes facit. ut corda frigida calore cha-
 ritatis conualescant et amore vulnerentur.
 Ex quibus et heretici sagittas prauitatis
 sue. quasi de pharetra toxicatas
 veneno infidelitatis producit. et corda
 ferunt innocentium. Sumunt autem ex
 ipsa scriptura et sagitte iudiciorum dei quibus
 exterior homo noster timore configitur.
 et interior amore afficitur. Unde psal-
 mista. Confige inquit carnes meas a timore
 tuo dicit. Nam quod ait. misit in renibus
 meis filias pharetre sue. affectio-
 nes diuini amoris vel timoris insinuat
 ex ipsis scripturarum sagittis quasi in
 pagine emissas. Propago quippe fidelium
 iure renes accipiunt. quia sicut in renibus
 semina propagantur. ita et in fide et
 in fide et in fide in credentibus oia virtu-
 tum semina propagantur. Unde posteritas
 christi adest de renibus eius nascatur. Habet
 etiam christus in integritate oia sui corpo-
 ris membra inter que habet et renes
 de quo fidei semine propagantur et alij ex
 utero castre matris ecclesie.

**Et misit inquit filias pha-
 ratre sue in renibus meis.**

Sed sagittas quibus ad mortem vulne-
 rentur. aut ad timorem. quatinus ex his et
 vicia punitur. et virtutes calore dile-
 ctionis aduratur. Unde dauid. Tremit
 quit renes meos et cor meum. Nulla
 igitur anima que non ex iudicio dei quasi ex
 arcu protensa. his dei aut ad vicia aut
 ad virtutes vulneretur sagittis. De
 quibus profecto sagittis idem dauid
 Quoniam inquit sagitte tue insere sunt
 mihi. Nam et oes sancti predicatorum quasi
 sagitte de pharetra domini directi sunt.

Uñ hoc ipse ex persona dñi. in pharetra sua inq̄t abscondit me. Ac si patenter dicat verbū patris. Abscondit me longo in tēpe quasi sagittā electam in pharetra sua. Quatinus diu occulta tum scripturarū caligine. suo p̄ducatur sub arcu: vt probem renes et corda ludei omnium cōstitutus. Jam cetera in his versibz que sequuntur. manifesta sunt de xp̄o q̄ ipse factus sit in derisū populo iudeoz. et canticum eoz tota die q̄dū in carne cōuersatus ē. Uñ alibi. Ego sum vermis inq̄t et non hō obprobriū hoim et abiectio pleb. oēs vidētes me derisere me: locuti sunt labijs et mouere caput. Subsānādo scz et insultādo. sicut ipsi dñi passio aperitissime declarat. ¶ Repleuit me amaritudinibz et inebriauit me absinthio. Unde et in passione vinum mirratuz dedere ei bibere: qm̄ versa erat vinea quā plantauerat ipse vineā forech in amaritudinē vitis aliene. ¶ Autē in ebriatū dicit se absinthio. ostendit eū nō min⁹ intrinsec⁹ omni cordis dolore affectū. q̄z exteri⁹ amaritudinis passionis vulneratū. Quibz p̄fecto doloribz et supplicijs om̄ne corpus xp̄i vsqz ad finē. Donec oia cōsummant in eo int⁹ forisue excruciatz: et derisiones patitur a p̄secutoribz. ab h̄reticis. a falsis fratribz: ab inuisibilibz hostibz. et ab oi p̄sura seculi. Scz et aia q̄libet talibz et huiuscemodi amaritudinibz se cotidie sentit inebriari: ita vt nihil in p̄sentiarū boni sentiat dū tant⁹ in desinenter a d̄ficatur malis. Hinc sequitur.

Uñ

C Confregit ad numerū dentes meos

os: cibauit me cineret et repulsa est aia mea. oblitus sum bonoz et dixi perijt finis me⁹: et spes mea a domino.

¶ Male tractat⁹ sit Jeremias a p̄lo q̄ etiā et p̄ls ab hostibz nulli dubiū. Uñ inq̄t cibauit me cineret: quia propheta fame pene pemptus. et p̄p̄l⁹ omni penarū genere ē depast⁹. Pro quibus miserarū angonibz q̄si cinere plangit abatus: ita vt repulsa aia de corpore credat. Ergo bonoz memoria inter supplicia cito labit: sicut eoz trarioz maloz inter eterne fructōnis gaudia nō recordat. Intantū vt lugear p̄pheta finem populi sui. et spem cōuertendi a dño deperisse. qm̄ sicut impius cū in p̄fundū maloz venerit hī dñm contēpserit. Interea vox captiuis est qd̄ confregit ad numerū dentes eius. in passione videlicet ap̄stolos et discipulos. q̄ recte dentes intellicant. Qm̄ sicut dentibz oia mandamus accōminuim⁹ q̄ in corpore tractamus. ita p̄p̄los xp̄s credētes ad suū admisit corp⁹ et transposuit. Qui deniqz eo relicto timore percussus oēs fugere. Libat⁹ autē cinere etiā p̄ dauid d̄. qz inq̄t cinere tanq̄ panē māducabā et potū meū cū steru miscēbā. Repulsa ē inq̄t aia mea. scz oibz retro adnumeratis malis. ita vt et tederet vivere q̄b hī q̄s plurimū dilexerat. et ip̄ q̄s venerat. om̄i eū inseq̄bāt odio. Ergo s̄b Clauis doloris et meroris ista exaggerat et p̄ eā q̄ dicit⁹ dicta sūt r̄panē Clauis nāqz sonare videt. vel sic nō ille lzale⁹ interpretes dixerit et aut certe et nō ille. Quia licet sic dixerit. perijt finis

me^o et spes mea a dño. Non sic ille ar-
bitrat^o est. et nõ est oblit^o a deo bonoz.
vt cũ patre q̄ sunt sempiterna nõ habue-
rit. aut fin humanitate inuinitate p̄so-
ne illa p̄cipere nõ crediderit. De q̄bus
p̄fecto bonis dauid. Credo inq̄t vide-
re bona dñi in terra viuētū. Et ideo
vel sic nõ ille vt dixi arbitrat^o est sinez
perisse suū. neq; spem suā a dño et nõ
est oblitus bonoz licet repulsa sit aia
ipsi^o in eo p̄e cordis duricia iudeoz.
Secundū autē animum dolorē insinuat et
merorē. vt a deo sit inebriat^o passionis
amaritudine. ne recordari possit bo-
noz et dicat malis exacerbat^o perijt fi-
nis me^o et spes mea a dño. Quod si nõ e-
st aia apud internū iudicē. apud boies
vero q̄ tūc aderāt perisse videbat^o. in-
tantū vt dicat insitādo q̄ alios saluos
fecit. seipsum saluū facere nõ potuit.
Sicut ecclia multoties repulsa hereti-
coz malis atq; p̄s. curoz p̄teritoz ob-
lita est bonoz innumeris opp̄ssa dolo-
ribus. a deo vt finis ei^o a deo perisse et
spes videt^o. Nõ dico ab infidelibus
versutiā et interdū a fidelibz. Vñ p̄p̄e-
ta. Mei autē inq̄t pene moti sunt pe-
des. pene effusi sūt gressus mei. Quia
zelauit sup̄ iniquis pacē peccoz videns.
et cetera q̄ sequunt^o. ¶ Porro moralit^o
aia in^o fastidio septurariū sc̄tariū sau-
data recte plangit: cōfregit ad nume-
rū dentes meos q̄b̄ ruminare debui
verbū dei. Alio q̄n ois q̄ intus sc̄tu-
rarū sc̄tāz mystica audiēdo percipit.
nisi rursus meditādo vel cogitādo ad-
liquiduz ea ruminauerit. p̄culdubio
imūda erit. Hinc q̄z et lege om̄e aial
nisi ruminet diuidat vngulā: imūdū
esse censet. Ex q̄ peccatrix aia iure lu-
get. eo q̄ inimic^o etiā et ad numerū cō-
fregit dentes ei^o ne aliqd̄ in ea resi-
duū sit q̄ ruminare queat. Prop̄ea

imundā se senties plangit et cōfracti
sunt dentes eius. ex q̄b̄ cōminuere de-
buit pabulū vite: q̄ non in solo pane
viuit hō. sed in om̄i v̄bo q̄ p̄cedit de
ore dei. Verbū ḡ dei sensibz euoluere
et ruminare sanitas vite est. Idcirco
laudat^o p̄ dentes moysi vsq; ad vltimū
vite nõ fuerint cōmoti. q̄z verbuz vite
semp̄ i ore et corde ruminauit. panēq;
angeloz indelincter comedit. Et v̄o
cui cōfracti sunt dentes ad numerū ire.
ete cibari se cinere plangit. vt p̄ cinerē
ei^o mesticia cordis et p̄nia designetur.
Vñ iob cũ auditu auris dñi audisset
et oculus ei^o vidisset. idcirco inquit
ego me rephendo et ago p̄niam in sa-
uilla et cinere. In sauilla et cinere
re p̄niam agere est. nihil aliud q̄ sauillā
se ex p̄p̄latōe detz cinerē recognosce-
re. Vnder ciuitati reprobe i euāgelio
dñs dicit. Si in sidone et tyro facte fu-
issent virtutes q̄ in vob facte sunt olim
in alio et cinere p̄niam egissent. In
cinere nāq; p̄niam agere est cinerē se
sentire esse mortuoz. idō et ad p̄niam
adhiberi solet. vt ex sauilla et cinere p̄-
pendam^o. q̄d p̄ iudiciū detz culpe rui-
nam facti sum^o. Hinc q̄z lugēs dicit.
cibavit me cinere. ac si patenter dicat.
Culpis exigentibus iusto suo iudicio
q̄z verbū vite ruminare distuli. faciat^o
cinere mortalitat^o ingemisco. Sequit^o.
**Et repulsa est aia mea,
oblitus sum bonorum.**
Repulsam ergo a deo se doler. et ex-
positam ad rēp̄tationē: ne vltra iam
ad bona que sentit libera tendere pos-
sit. immo ab omnibus victozū reper-
cussa malis. in terra sauciata facer. in
tantum vt bonoz recordari nequeat
atrociobus pressa doloribus. Hinc
est quod sequitur.

**Perijt finis me⁹ ⁊ spes
mea a domino.**

Quod bene Clau littera insinuat. que si
cut dixi. ⁊ nō est interpretatur. Perijt
itaq; ⁊ nō est in dño. q̄vere finis tot⁹
cōsummarōis p̄dicatur. Aut et reuel
sic nō ille. sicuti a quo dā interpretatur.
